



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 33. Initia Belli inter Carolum V. & Franciscum I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

Sæc. XVI
A C 1521.

paulo post in omnibus Saxoniae ditionibus abolitæ sunt. Ex hujusmodi ausibus haud obscure colligebatur, quod Caroli V. edictum quantumvis severissimum periclitanti Religioni parum succurreret, nec hæresis progressus in Germania ullatenus filteret.

§. XXXIII.

Initia belli inter Carolum V. & Franciscum I.

Interea Carolus V. die vigesima quarta Aprilis Wormatiensia solvebat comitia, priusquam vero ipse inde in Flandriam emigraret, Sedis Apostolicæ Nuncium impense rogabat, ut datis literis summum Pontificem certiorem redderet, a se Legatos Romam mittendos, qui pro se ad Neapolis Regnum diploma obtinerent. Exposuit Carolo Nuncius, summum Pontificem, ut Cæsaris precibus annueret, minus propensum esse. Percepto hoc responso; *ergo, ipse, inquit, Romæ Papam adibo, ac quadraginta armatorum millibus stipatus mea eidem offeram obsequia. (*)* Ejusmodi

(*) Ejusmodi verba a piissimo Cæsare fuisse prolata, valde dubitamus, ubi nec unicum a Continuatore, testem allegatum videmus, ac ceteri

di responsum Leo, ubi percepit, ægerri-
me ferebat; cum vero in festo S. Petri
solitum eidem tributum offerretur, pla-
catus Cæsari in Neapolis Regnum inau-
gurationis diploma additis etiam novis
privilegiis transmisit.

Sæcul. XVI.
A.C. 1521

Sub idem tempus pristina Carolum
inter & Gallix Regem similtas revixit,
adeo, ut utrinque ad arma deventum.
Hujus dissidii causam Guicciardinus in
Leonem Pontificem conjicit, eo quod
jam cum illo, jam cum isto de societate
agere cæperit, sed præprimis cum Gallo,
quem faciliorem sciebat. (*)

Guicc. l. 14.

§. XXXIV.

ceteri Scriptores, Natalis Alexander, Paggius,
Odoricus Raynaldus, Bzovius, Spondanus, Pa-
latius &c. alium de hoc tenent silentium.

(*) Spondanus ad annum 1521. num. 6 ita
hanc in rem differit: *Præcipuam dissidii causam
Guicciardinus libere semper suspiciones
suas vero admodum similes promere solitus, in
Papam conjicere non dubitavit, qui scilicet sive
aliis cogitationibus pro utilitate Ecclesie Ro-
manæ ductus, sive nominis sui gloria, sive ut
utrumque Regem Italia pelleret, eos inter se
committere necessarium existimans, cum utroque
de societate agere cæperit, sed arctius cum Gal-
lo, quem faciliorem sciebat. Veras autem dis-
sensionis causas apud eundem enarrat Bella-*